

HX mandato per quam Reuerendi patris Magistri Fratris Ioa-
nis de Cueva Sacri nostri Ordinis Eremitarum D. Augu-
stini in hac prouincia vtriusque Castellæ Prioris Prouincialis
dignissimi. Ego frater Michael de Sanctis, vidi atque perlegi hosce in
Secundam Secundæ Commentarios, à Reuerendo admodum Patre
Magistro Fratre Petro de Aragon, nunc foeliciter editos qui visi mihi
quidem sunt, non solum omni erroris, & prauæ siue etiam (quod his
remporibus magnopere cauendum est) ambiguae, atque suspectæ do-
ctrinæ labe immunes: verum etiam pro eximia autoris pietate erudi-
tione, ingenijq; præstantia & dexteritate singulari vsque adeo pij, sa-
ni, incorrupti, docti, enucleati, perspicui atque distincti, vt eis qui illo-
rum lectioni sese dederint magnam cum ad Christianam pietatem, tū
ad sacram doctrinam accessionem factū iri non dubitem. Nihil igitur
fidei catholicæ repugnans in his Commentarijs continetur: nihil alme
matris Ecclesiæ atque sanctorum Patrum scitis siue decretis aut bo-
nis moribus contrariū. Imo vero multa quæ Fidei, Spei, & Charitatis,
aliarumq; virtutum rationē explicant, sacrosanctæ Ecclesiæ statuta de-
clarāt, probos ac sanctos mores instituūt & componunt. Estq; procul-
dubio liber iste qui merito dici possit, haud Alcinoi quidem filua, vt
olim erat in fabulis, sed Spiritus sancti potius sacer quidam ortus atq;
coelestis quoddam copiae cornu.

F. Michael de Sanctis: